

Thabor mons. C. X. 7. XI. 10.
 Tiberii Imperium Augusteum & Proconsulare. C. VII.
 1. Tiberius petiit a Senatu Romano, ut Christum
 Dominum referret in numerum Deorum. XXI. 2. Re-
 jecta ejus petiit variis de causis. *Ibid.* Ejus benigni-
 tas in Christianos. *Ibid.*
 Tillemontii sententia de morte Deiparæ Virginis Ephē-
 si expenditur. M. VII. 3. 4. 5.
 Titulus Crucis quibus verbis exaratus. C. XIII. 17.
 Cur a Pilato scriptus. 16. Romæ diu latuit. XV.
 11. Erat tabella lignea longitudinis unius palmi cum
 dimidio. *Ibid.*
 Tortores Christi Cujates. C. XIV. 1. Quot. 2.
 Transfiguratio Christi Domini. C. X. 7. Quo tempore
 facta. *Ibid.* Quo in monte. *Ibid.* Cur facta. 8.
 Tria Capitala, de quibus actum in Concilio Ecumeni-
 co V. Constantinopolitano II. quænam fuerint. C.
 XV. 16.
 Triumphalis Christi introitus Jerosolymam contigit die
 ante ejus mortem quinto, Martii vigesimo, Hebdomæ
 primæ. C. XI. 12.

V

V Elum in Templo duplex. C. XIII. 28. Utrum in
 Christi morte scissam. *Ibid.*

Veronica Sudarium. Vid. Imagines Christi non manu
 factæ.
 Versiones qui tantum norunt, aliorum oculis vident.
 C. I. 7.
 Vestitus Christi nec pretiosus, nec vilis omnino. C. IX.
 2. Ejus vestes quatuor secundum Euthymium. 3. Cu-
 jusmodi esset vestis *inconfutis*. 4. Non erat pretio-
 sa. 5. Nunc Trevis affertur. 4. Usus fuisse cal-
 ceis, probabilis. 6. Unde habuerit vestes, quas ge-
 stavit post resurrectionem. XVI. 9.
 Vistus Christi communis. C. IX. 1. Tenuis. XVII. 4.
 Vincentius Ferrerius defenditur. C. XIV. 8.
 Voces Christi primæ apud Evangelistas. C. VI. 1.
 Voces Christi pendentes e Cruce. C. XIII. 24.
 Urbanus IV. Festum Corporis Christi ab universa Ec-
 clesia coli mandavit. C. XII. 11.
 Urbanus VI. instituit Festum Visitationis B. Mariæ Vir-
 ginis. M. IV. 11.
 Vulpus Joannes Antonius Græcæ Latinæque Humanita-
 tis in Gymnasio Patavino Professor laudatus. C. I. 8.
 Uxor Pilati. C. XIII. 13.

Z

Z Acharias nuntium ab Angelo accepit, futuram ut
 filium ex uxore sua Elisabetha susciperet. C. I. 5.



FR. HYACINTHI SERRY

PRIMARII THEOLOGI PATAVINI

ANIMADVERSIONES ANTICRITICÆ

IN HISTORIAM

SACRÆ FAMILIÆ

A B

ANTONIO SANDINI J. U. D.

NOVISSIME SCRIPTAM.

*Fallis aut falleris, sive calumniando iis que non dico, sive non intelligendo, vel potius non
 legendo ea que dixi. S. Aug. lib. 6. contra Jul. cap. 12.*

Post annos circiter quadraginta in Theologica palæstra non segniter insumptos, peractis diu legitimis stipendiis, & quamprimum rude donandus, penes me constitueram, non ultra litterariis concertationibus immiseri; sed quod mihi lucis reliquum Superi dederint, honesto otio consecrare. At ecce me repugnantem, atque invitum ex hoc senectutis meæ nido in aciem revocat, cogitque in arenam iterato descendere Antonius Sandini J. U. D. Historiæ Sacræ familiæ novissimus scriptor: qui quacumque potest occasione me provocat, insectatur; meaque Exercitationes historicas, ante annos quindecim publicatas inconsultis censuris inurit: quodque festivum magis, nugæ ubique passim agit, vitiligit, rixaturque mecum de lana caprina: adeo *mensuras sensuum meorum, pondera locutionum, numeros syllabarum insidiosus scrutator eventilet*. Quod olim de Divi Augustini censoribus, & osoribus dixerat Divus Prosper.

Atque utinam pari in quoscumque alios, diversam a se sentientes, inardesceret animo, toleranda utcumque videretur injuria, quæ esset ab omnibus communiter perferenda. Ast in me unum sævit semper, me unum semper cavillatur, me unum semper laceffit, cæteris omnibus intactis atque illæsis, quamquam ab eo perinde dissentiant, suosque etiam navos habeant, ac forte quandoque majores. Quod certe exulcerati in me unum animi argumentum est. Nisi forte ad speciosam excusationem in eos culpam transferre velit, quorum persuasa atque inductu aleam illam tentasse dicitur: quorum ego averfam a me voluntatem jam pridem expertus sum.

Sed & illud mira calliditate virum multo certius ostendit; quod vix unquam in me sententiam dicat, feratque censuram, aut etiam obiter reprehendat, nisi præmissa verbis amplissimis, honoris & laudis significatione; qua me nunc quidem præclarum, ac summum Theologum, nunc Scriptorem eximium, nunc Virum eruditissimum vocat, (quibus in laudibus me non agnosco) nunc tandem *parta meritis fama celeberrimum* dicit. Ut cum Tertulliano exclamare cogar, *O sententiam necessitate confusam! parcat, & sævit, dissimulat, immo laudat, & animadvertit*. Quo enim animo id ille egerit, res ipsa loquitur: nempe ut ex mei impugnatione gloriolam colligat apud suos; utque veluti superioris hierarchiæ Doctor ab omnibus acclametur: qui quem præclarum, quem eximium, quem doctissimum celeberrimumque Theologum toties dixit, tot tamen errorum manifeste convicerit, superarit, attriverit.

Verum quam parum illi ex sententia successerit res, immo quam thraonica gloriatio illa sit, quam vana jaclatio, sequentes in illius historiam Animadversiones Anticriticæ demonstrabunt, quibus censuræ illius omnes notæque criticæ fuitiles, cassæ, irritæ probabuntur.

INDEX CAPITUM.

<p>CAP. I. DE loco Christi nascentis.</p> <p>II. De Pastoribus ad Christum natum venientibus.</p> <p>III. De Magis Christi recens nati adoratoribus.</p> <p>IV. De Simone Cyrenæo Crucem Domini bajulante.</p> <p>V. De Brutiis Christi Crucifixoribus atque Tormentoribus.</p> <p>VI. De milite Christi latus Lancea aperiente.</p> <p>VII. De Latrone penitente.</p> <p>VIII. De prima Christi resurgentiæ Manifestatione.</p> <p>IX. De humanæ oris, & corporis forma Christi</p>	<p>X. <i>Sti Domini, ejusque Virginis Matris.</i></p> <p>XI. De Edessena Christi Domini Imagine.</p> <p>XII. De Imagine Veronica vulgo dicta.</p> <p>XIII. De Nativitate Genitorum B. Virginis, Joachim, & Anna, ex D. Augustino.</p> <p>XIV. De iisdem Genitoribus, ex Dico Hieronymo.</p> <p>XV. De anno, quo Deipara totum Virginitatis emisit.</p> <p>XVI. De Virgine artem honestam ad questum exercente.</p> <p>XVII. De Morte Deiparæ.</p> <p>XVIII. De Sepulcro B. Virginis Jerosolymis posito.</p> <p>XIX. De Sepulcro B. Virginis Ephesi posito.</p>
---	--